

Johann Georg Dorsche

**Rector Universitatis Rostochiensis, Johannes Georgius Dorscheus, D. Cives Academicos Ad Sancti Spiritus meditandam Maiestatem & immensam gloriam invitat & cohortatur Da vidici quaesiti Ps. CXXXIX, 7. proposita amplitudine & efficacia, Quo ibo a Spiritu tuo?**

Rostochii: Kilius, 1656

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734941625>

Druck Freier  Zugang



Ru. Progr. 1656/c

Johann Georg Dorschke

Progr. pentecostale



4

RECTOR  
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS,  
JOHANNES GEORGIUS  
DORSCHENS, D.  
CIVES ACADE-  
MICOS

AD  
SANCTI SPIRITUS

meditandam Majestatem & immensam  
gloriam

invitat & cohortatur

*Davidici quæsti Ps. CXXXIX, 7. proposita  
amplitudine & efficacia,*

Quo ibo à Spiritu tuo?



ROSTOCHII,

Typis exprimebant NICOLAI KILII, Acad. Typogr. Heredes  
Anno 1656.



## QUO IBO à SPIRITU TUO ?

Ita loquitur maximis revelationibus divinis ditissimus Rex Isràclis DAVID, ut Vulgatus interpres repræsentat. Uti ab ipso Davide edita sunt, ita sonant. **מִי אֶבְרָחָה אֵלֶיךָ מִרְחֹק** Chaldaeus ita reddit. **מִי אֶבְרָחָה מִרְחֹק** LXX. Interpp. ita: **Πῶς πρεβῶ ἐμὸν ἴδιον πνεύματόσσ;** Latini pleriq; vulgatam translationem retinent, ut Psalterium Gallicanum,

Romanum & Conciliatum apud Jac. Fabr. Stapul. in Quincupl Psalter. Santes Pagninus, Arias Montanus, Philipp. Saulius Episc. Brugnatenſis in Euthymii Zigabeni *Comm. in Psal.* translatione, Figurini & Conrad. Pellicanus &c. nisi quod Seb. Münsterus inserat, *Domine. h. m. Quo ibo Domine à Spiritu tuo? & Zvinglius in Enchirid. Psalm. Quo abirem à Spiritu tuo? & Calvinus vertat, Quo profuscuar à Spiritu tuo?* quasi magni momenti esset emendatio translationis communis. Et Sebastianus Castalio. *Quonam declinem Spiritum tuum?* Francisc. Junius & Imman. Tremelhus. *Quo irem à Spiritu tuo?* Fr. Vatablus & Leo Judæ, ex quo is suam translationem mutuatus est, ita habet: *Quo discedam à Spiritu tuo?* Translatio German. antiqua MSc. *Wo gehe ich vor deinem Geiſt?* Lutherus. *Wo sol ich hingehen für deinem Geiſte?* Dietenbergius reddit: *Wo sol ich hingehen von deinem Geiſt?* Genevenſes Gallicè reddunt: *Ouirai-je arriere de ton Eſprit?* Belgica translatio habet: *Waer sal icſ hinen gaen voer uwem Geest?* Anglica ita effert: *Whither shalli goe from thy Spirit?* Italica Johannis Deodati habet: *Dove me n' andrò dal tuo Spirito?* Francisc. Panigarola ita circumloquitur verſum. *Solamente ſo queſto, Che anche però ogni coſa ſai, perche in ogni luogo ſe. dimodo che non è poſſibile à andare in luogo, ove non ſi a lo Spirito, è la preſenza tua.* Frater Benedictus Villa Hispanicè ita **παραφραſει.** *Veō tu grande dezo tan grande, que ſi de ti quiſieſſe huyr, nunca lo podria hazer, porque*

que se que todo el mundo hincas. donde the hallas por essentia, presentia,  
 & potentia. Poeta in momentoso quasito reddendo sudarunt pluri-  
 mum. Bened. Arias Montanus ita habet. Quo me surripiam, quo ?  
 ut bene spiritum vultuve ut fugiam tuos? Joh. Matthæus Toscanus p.  
 130. ita habet: Qua vultus ratione tuus, qua spiritus à me vitari valeat  
 profugo, quibus abdar in oris? G. Buchananus ita: Quonam ergo vultum  
 fugero tuum? quibus Clausus latebris occular? Theodorus Beza ita:  
 Ergo quonam fugero, quove me subduxero, ut latentem nescias? Para-  
 phrasin hanc habet: Itaq; si forte tam sim insanus, ut effugium aliquod  
 captem, quonam, obsecro, abierim, ut ubi delitescam nescias? Sed clau-  
 dat agmen Poetarum, omnibus antiquior Apollinarius e Syria Laodi-  
 cenus, coævus Gregorii Nazianzeni & Basilii M. Is ita habet: Πνεύμα-  
 τος ἐκ ἀρχῆς σέο μέγα κράτος εἶεν ἀλύτῳ; spiritus non utiq;  
 tui ingens robur fuerit effugere? Hactenus fontes cum translationi-  
 bus & paraphrasibus variis. Meditationes aliorum nunc adducere  
 nimis longum foret. Consideremus, Quis loquatur & illa exclama-  
 tione utatur? Est, uti supra jam indicatum, Regius Propheta David.  
 Neminem moretur, quod in bibliis Complutensibus, Regiis Hispa-  
 nicis, & aliis nonnullis Græcis editionibus additur præter εἰς τὸ τέλος  
 τῷ Δαβὶδ ψαλμὸς in sinem ipsi David Psalmus, Ζαχαρίας ἐν τῇ δια-  
 σπορῇ Zacharie in dispersione. Et quod Theodoretus etiam testatur,  
 in nonnullis exemplaribus psalmum inscribi, Ζαχαρίας εἰς τὴν δι-  
 ασποράν, Zacharie in dispersionem. Et quod ante Theodoretum  
 Apollinarius dispersionem exprimeret non dubitavit, licet Zacharie  
 nomen omiserit, cum ait; Ἀμφὶ διασπορῆς λιγυρὸν μέλος ἦσε  
 Δαβὶδ Ὀυδοὸν ἀμφὶ ἐκατοσῶ ἐσύχθη καὶ τετρακοσῶ In disper-  
 sione stridulum carmen cecinit David, octavum centesimum est & trige-  
 simum. Irrepisse enim illud additamentum ex alia translatione Græ-  
 ca, satis indicat ipse Theodoretus, cum ait, nec apud LXX. nec apud  
 alios Interpp. Græcos se illud invenisse. Certe in fontibus nec vola-  
 est, nec vestigium ejus. Loquitur ergo certo David, & quidem à  
 mundo aversus & ad sublimia conversus. Nam cum ad mundum,  
 non semel animum adjecisset, pessima reliquit & inimitabilia vesti-  
 gia, ivitq; non qua eundem est, sed qua itur, & qua ad sempiter-  
 nam damnationem itur. Nunc animum intro se recollegit & ad

sublimia conversus, raundum & omnia, quæ in mundo sunt, è subli-  
 mi despicit & nihil, aut plusquam nihil esse intelligit. *Quem autem*  
 consideremus porro, *alloquitur? ad quem istam exclamationem di-*  
*rigit?* JEHOVA utiq; quod vers. 1. statim indicat. Describit  
 eum amplissimis elogiis, quæ rectè animis piorum impressa, dulcis-  
 simam nobis Jehovah mentionem faciunt. Non licet in illorum la-  
 titudinem nunc ingredi. Id à Davide discamus & frequentemus  
 maximè, ut sæpius coram Jehova stemus, sæpius Jehovah actionum  
 nostrarum inspectorem cogitemus, sæpius, imò semper, à mundo  
 aversi ad Deum convertamur, sæpius ejus infinitatem, æternitatem,  
 immensitatem, intimam & indivisam præsentiam, sæpius in præsen-  
 tia omniscientiam & penitissimum omnium recessuum pectoris nostri  
 intuitum perennemq; notitiam animadvertamus. *Sed quid in Jehova,*  
*ut consideratio nostra promoveatur ad suum scopum, nunc san-*  
*ctissimus meditator cælestium perpendit? Spiritum ejus: Quo ibo* וְיָרוּחַ  
 à spiritu tuo? Chaldaus per רוּחַ habet רוּחַ, ut & Psalm. 103. 16. sed in  
 hoc notat ventum tempestuosum & adurentem flores campi. Non  
 necessarium est, ut h. l. spiritum excandescentiæ & iræ divinæ tantum  
 intelligamus, adeoq; in arctum verbum in fontibus extans contraha-  
 mus. Certè Psalter non respicit Deum, ut iratum tantum, sed  
 etiam, ut universim omnia in omnibus sapienter & benefice operan-  
 tem. Tota n. amplitudo majestatis divinæ ab ipso consideratur &  
 omnibus mortalibus consideranda proponitur. Nonne Spiritum ab-  
 solute, & sine ulla restrictione ad speciale opus justitiæ Dei vindicatrici,  
 ob oculos sibi ponit Psalter propheticus? Nonne & facies Dei ita  
 perpenditur ab eodem, ut non tantum iratum præsentet eum, sed  
 sed etiam benignum, & clementiæ inenarrabilis documenta innumera-  
 bilia proferentem? Cæterum per Spiritum ipsam essentiam & mag-  
 nitatem Dei intelligunt plurimi interpretes, quasi dixisset Psalter Re-  
 gius; *quo ibo à Te Joh. Lorinus h. l. Spiritus vocabulo vis ac potentia*  
*præsentis invisibilis potest significari, ut sensus sit, tantam efficaciam visari*  
*non posse.* Johann. à Pastura Prior Gemblacensis *expos. h. l. Quo ibo à Spi-*  
*ritu tuo, idest, à te ipso.* Robert. Bellarmin. Card. *Comm. h. l. Quo ibo à*  
*Spiritu tuo, ut videlicet abscondar à Te, à tua mente & intelligentia?* Joh.  
 Bapt. Folengius Monach. Cassinas, *Comm. h. l. Illud à Spiritu tuo ad morem*  
*respexisse hominum naturalem videtur, quorum anhelitum, cum valde pro-*  
xim;

*ximi sunt, sentimus. At igitur: Cum totus ó Domine ubiq; sis, atq; omnia,*  
*etiam antequam sint, intuearis, quo hinc abire poterò, quod tuum non sen-*  
*tiam afflatum? fugiamne? quò obsecro? Cornel. Jansenius in Paraphrasi*  
*ita reddit: Quo abire hinc poterò à præsentia invisibilis & incorporeæ divi-*  
*nitatis tuæ? Gilb. Genebrardus h. l. Docet Deum esse essentialiter & actu*  
*ubiq;. Simon de Muis Paris. h. l. Quo abire possum, ubi te lateam? ubi vim*  
*tuâ mentis tuumq; conspectum effugiam? Sic & Calvinus h. l. Spiritus non*  
*simpliciter pro virtute hic ponitur, sed pro mente & intelligentia. Nam*  
*quia in homine sedes intelligentiæ est spiritus, hoc ad Deum transfert. & post.*  
*Summa est, non posse Davidem locum mutare, quin Deus animadvertat,*  
*imò fugientem persequatur suis oculis. Itaq; ad probandam Dei immensita-*  
*tem male deortus fuit hic locus, quia etsi minime dubium est, quin Dei ma-*  
*jestas cælum & terram impleat, aliud tamen voluit David. Paulo melius*  
*& contra Calvinum Pelicanus h. l. Canit præsentem esse Dominum ubiq;*  
*Spiritu & virtute sua, ut se nemo abscondere possit à præsentia majestatis &*  
*potentiæ suæ. Sequitur Wolfgangus Musculus d. l. Hactenus de eo ceci-*  
*nit Propheta, quod omnia ipsius cogitata, dicta, facta Deo sint penitissimè cog-*  
*nita, jam consequenter & de eo canit, quod se à facie Dei & Spiritus illius*  
*nuspam queat abscondere, eò, quod sit ubiq; præsens & oculis ipsius pateant*  
*omnia. Calvinus interim vestigia calcant Fr. Junius & Imm. Tremell. h. l.*  
*ajunt n. Explicatio scientiæ Dei mirificæ à circumstantia loci vers. 7. 8. 9. 10.*  
*continetur. Quem rursus repellit Piscator in schol. & ad Omnipræ-*  
*sentiam Dei locum refert. Nec præmittendum, quod Gabr. Vasquez*  
*Tom. 1. in 1 Thom. disp. 28. c. 4. n. 16. scribit: Versu 7. psalmi Propheta voluit*  
*ostendere scientiæ Dei immensitatem, quam nihil celari potest, eamq; signi-*  
*ficari voluit nomine spiritus & faciei. Carpit hoc in ea Jacob. Grana-*  
*duus Jesuit. in 1 Thom. p. 119. Videamus annon plura animo complexus sit*  
*sanctiss. Propheta, quam vel omnipræsentiam, vel omniscientiam,*  
*Dei? An Spiritus Dei sit Deus absolute, & indeterminate, an verò*  
*Spiritus sanctus à Deo procedens & in Deo existens? Quod in tre-*  
*mendum Deitatis mysterium, quatenus tunc notum erat, & se com-*  
*municavit tum in regno potentiæ, tum in regno gratiæ, contemplatione*  
*sua defixus fuerit, adeoq; & Spiritum sanctum animo complexus*  
*fuerit, piè meditantibus facile persuadebitur 1. ex scientia Davidica. Ea*  
*fuit peculiaris. Novit sancto Spiritu dictante suos se edidisse Psalmos*  
*2. Sam. 23. 2. Novit, Spiritum sanctum amare sanctum in hominibus habi-*  
*taculum*



Mentium, & propterea rogat, ne auferretur à se, postquam fœda spurcitie se contaminasset, Spiritus sanctus, *Psalm. 51. 15.* Novit, Israelitas excerbasse Spiritum Dei, *Pf. 106. 33.* qui ipsos tot tantisque beneficiis affecerat, tot illuminationibus donaverat, tanta religionis efficacia Deo conciliaverat. Hunc Spiritum Dei, quod non minus novit David, *Esaias Cap. 63. 20.* vocat Spiritum sanctum seu sanctitatis, ubi de eadem Israelitarum rebellionem loquitur. Novit, Spiritum sanctum seu Spiritum Dei esse creatorem cœli & terræ *Pf. 104. 30. & Pf. 33. 6.* qui in principio vivifica virtute incubavit super aquis seu abyssu *Gen. 1. 3.* Novit Spiritum hunc bonum deducere in omne bonum *Pf. 143. 10.* unde Christus promisit Spiritus elogium, cum dixit *Joh. 16. 13.* cum fore hodegetam in omnem veritatem. Novit adhuc, in Deo præter hunc optimum maximum Spiritum esse etiam filium adorandum & osculandum *Pf. 2. 7. 12.* genitum in aliquo hodie, quod ἀγεγον est & in nullo finito tempore designari potest *Pf. 2. 7.* Hunc cum Patre & Spiritu sancto novit esse ubique & implere omnia; adeoque esse in cœlo, ut pote qui est adscendor descensorque incomparabilis, qui in cœlo est, quorsum is respicit *Joh. 3. 13.* Quis jam credit, Dei s. Spiritu plenum Davidem, cum Jehovah facit mentionem, quem ab attributis omniscientiæ, omnipotentia, omnipresentia, ab elogio creationis & conservacionis omnium rerum, imprimis generis humani, à cogitationum, quibus non solum in esse, sed etiam in bene & beatè esse dirigit homines, pretiositate &c. describit, non etiam Spiritum s. animo complexum fuisse, & cum Spiritus Dei meminit, s. Spiritum intellexisse? *II. ex verbis Davidicis.* Quo ibo, inquit, à Spiritu tuo? Illa simpliciter & absolute accepta Jehovah & Spiritum ejus exprimunt, docent, distinguunt. Spiritus proprie sumitur, donec ostendatur improprietas ratio. Deum Patrem habere Spiritum, non infert aliquam imperfectionem, ob quam aliter, quam proprie, capiendus sit. Et sæpe Spiritus in divinis monumentis Spiritum s. denotat. Cur ab hoc significato eminenti, frequenti, utilitatissimo recedamus? alia est ratio faciei Dei, cujus Psaltes Propheticus etiam facit mentionem. Deus n. faciem non habet, si proprie accipias. Quamquam facies Dei etiam propitiatorium in tabernaculo fœderis & templo noveret. Id v. est typus Christi filii Dei, qui est propitiatorium antitypicum, *Rom. 3. 25.* quomodo etiam sub facie Dei

Christus

Christus filius Dei comprehendere potest, qui est angelus faciei;  
χαερινος της υποστασεως, ἀπυροσμο της δοξης Θεου. Hebr. 13.  
III. ex consensu Veterum. Athanasio tribuitur liber de Communi essent.  
Patris & Filii & Sp. s. contra, quam censent Petrus Nannius, R. Cocus,  
Sculterus, Rivetus. In eo locus noster allegatur p. 378. ed. Commel &  
additur, Vides ut Patri Spiritus adjungatur? Conf. p. 380. d. Athanasius  
genuinus T. I. de Incarn. Christi p. 475. B. His verbis, inquit, David nos e-  
doctos voluit, Spiritum s. esse, qui omnia repleat. Cyrillus Alexandrin.  
Dialogor. de Trin. l. 7. Tom. 2. p. 141. ex hoc loco & aliis ita concludit:  
Cum Spiritus nec loco & circumscriptionibus, quantitatisq; & mensuris sub-  
jectus sit, (hæc n. creaturis magis conveniunt. Deitas n. quantitate caret &  
circumscriptione & magnitudine, nec situ secundum locum intelligitur,  
quandoquidem omnino incorporea est.) & ipse Spiritus erit in divina natura  
proprietas honestandus, cum patre & filio omnia implens & in omnibus  
Deus. Gregorius Nazianzen. Orat. de Spir. sancto p. 201. edit. Leonclay.  
ex his verbis elicit: Spiritus s. omnia replet essentia sua, continet omnia,  
mundum ratione essentia replet, ratione potestatis mundus ipsum ca-  
pere nequit. Rursus Athanas. Tom. 2. dialog. de SS. Trinitat p. 157. d. ait:  
Quod dixit Propheta, majestatis Dei nullum esse terminum, dixerit etiam  
aliquis de Filio & Spiritu sancto, quia neq; majestatis Filii, neq; maje-  
statis Spiritus sancti ullus est terminus. Quo enim inquit ille, descen-  
dam à Spiritu tuo? Rerum autem omnium terminus est aliquis &  
quantitas. Augustinus de Trinit. l. 2. cap. 5. Tom. 3. p. 263. ex  
hoc loco deducit, quod sicut Christus in mundum missus est, ubi  
prius erat, ita & Spiritus s. missus fuerit eo, ubi prius erat. Sine Spi-  
ritu s. nusquam esse potuit Deus. Itaq; si ubiq; est Deus, ubiq; etiam est  
Spiritus ejus. Illuc ergo & Spiritus s. missus est, ubi erat. Nam & ille,  
qui non invenit locum, quo iret à facie Dei, & dixit, si ascendero in  
caelum; tu ibi es, si descendero in infernum, ades, ubiq; volens intelligi  
presentem Deum, prius nominavit Spiritum ejus: nam sic ait: quò abi-  
bo à Spiritu tuo & quo à facie tua fugiam? Quo circa si & Filii & Spi-  
ritus s. illuc mittitur, ubi prius erat & c. consentit in Comm. h. l. Theo-  
philus Alexandr. Episc. epist. paschali I. contra Origenistas Tom. III.  
Bibl. S. P. Paris. p. 87. inquit: Si ad irrationabilia, & ad ea, quæ absq;  
anima sunt, Spiritus s. fortitudo non pervenit, cur David canit: quò  
abibo à Spiritu tuo? Quod dicens ostendit, sancto spiritu omnia contine-  
ri,

ri, & illius maiestate circumdari. Si omnia in omnibus, utiq; & irratio-  
nabilia & inanima sunt? Fulgentius Ruspens. Ep. Afer. lib. 2. ad Mo-  
niminum: c. 6. inquit: Sancti quoq; Spiritus immensitatem scriptura sic loqui-  
tur: Spiritus Domini replevit orbem terrarum. Propter quod &  
David S. Trinitatis unam substantialiter immensitatem non solum corde  
credens ad iustitiam, quin etiam ore confitens ad salutem, sic cecinit:  
Quo ibo à Spiritu tuo &c. Vigilus Episcop. Tridentin. circa A. C.  
500. Tom. XV. B. S. P. p. 671. col. 1. indisput. de Christo D. N. & fide S. S.  
Trinitat. inquit: Hinc præcipue declaratur, Spiritum s. Deum esse, quia  
ubicunq; est & nullo continetur loco: sicut Propheta dicit ad Patrem: Quo  
ibo à Spiritu tuo? Gaudentius Brixienfis Ep. tract. 14. qui extat Tom.  
2. Bibl. S. P. p. 54. inquit: Neq; Spiritus s. in cælo erat solum, & in ter-  
ra non erat, neq; Filius in cælos adscensus erat, ut terras relinqueret,  
neq; Pater tantum cælestem thronum possidet, ubi remeare Filius & Spi-  
ritus sanctus venire perhibentur. Nam Propheta beatissimus huiusmodi  
confessionem refert ad Patrem, Quo ibo à Spiritu tuo? Euthymius  
Zigabenus Monach. in Comm. in Psal. h. l. dicit quidem: Per Spi-  
ritum Dei & per faciem Dei, Deum ipsum circumloquitur. Sed  
mox corrigit, dicens: Vel per Spiritum Dei Sanctum Spiritum in-  
tellige. Per faciem verò, ipsam Filium, tanquam veram Patris figu-  
ram & certissimum illius divinæ naturæ characterem &c. Paulus Bur-  
genfis Episc. 1. part. scrutin. dist. 9. c. 15. ex hoc loco, autoritate Rabe-  
binorum illustrato, probat omnipræsentiam Spiritus Sancti. Eundem  
pro ejus Deitate confirmanda adducit Raymundus Martini, in pug-  
fidei 3. part. dist. 1. cap. 11. n. 11. Ergo S. David, Sancto Spiritu plenus,  
ad Jehovam optimum maximum, conspicuis plenissimæ maiestatis  
circumfusis documentis, & præcipue SPIRITUS SANCTI præsen-  
tiam inevitabilem in regno potentæ & gratiæ meditatus, quid (est hoc  
deniq; etiam pie considerandum) adfert? Quo ibo? inquit. Sunt  
hæc verba 1. obstupescentiæ & admiratione pleni. Q. d. Carnalibus  
oculis rerum creatarum vastitatem atq; amplitudinem intuitus, ab  
altera ad alteram refugium fieri posse, apertum esse existimo. Sed  
ego nunc consisto ad thronum Dei, ad maiestatem numinis omni-  
bus ceaturis intimam, video oculis illuminatis post quamcunq; & in  
quacunq; creatura Deum, video omniscientiæ, omnipotentæ, omni-  
præsentæ divinæ indices certissimos, infallibiles. Ubiq; eadem ma-  
iestas

jestas, eadem vis, eadem perspicacia. Video non solum Filium cum Patre operari omnia, sed & S. Spiritum. Ille se potentissime sapientissimeq; per omnia diffundit. Admirabilis est ista vicinitas, intima propinquitas, purissima & immaculata diffusio. *Quo ibo? & hic, & ibi, & istic, & ubiq; me occupat, obruit, circumfundit, implet Spiritus Dei.* Obstupesco, pedem ultra ferre nequeo; in genua procidam, & adorabo tremendum S. Spiritus Numen cum Patre & Filio unum. Video, illud præter eum concursum, quo omnibus creaturis incubat, & potentia mensuram dispensat, etiam peculiaris gratia documenta edere, qualia nec in ipsa syderum regione, in qua omnia pulcherrime splendent, occurrunt. Molitur ille Messia e sinu Patris apparatus. Adornat iter summi desiderii. Omnia admiranda, omnia obstupescenda! Sunt hæc verba 2. *in seipsum descendens & consternatione prostrati.*

*Q. d.* Dum horsum & illorsum per damnatas insanientis mundi semitas, extra divinorum mandatorum orbitam, circumcursitavi, & scelerissime lapsus sum, non attendi, quid supra, quid juxta, quid circa, quid intra me sit. Libidinibus & seculi vanitatibus indulsus, cæcus fui, non attendi supra me minitantem, juxta me retrahentem, circa me confutantem, intra me suggerentem meliora S. Dei Spiritum. Nunc excussus est torpor, socordia depulsa, mentis oculi adaperiti. Video me in ipsum sanctissimum Dei Spiritum præsentissime imegisse, contra ipsum furibundo more arietasse, inquinamenta in ipsius quasi sinum effudisse, oculis sanctissimis exposuisse scelerum improbam texturam. *Quo fugiam?* Supra, juxta, circa, intra me est S. Spiritus Dei. Si ille voler jure mecum experiri, si me ultricibus petere flagellis, si in furore suo corripere, non summa, non ima, non dextra, non sinistra juvant in subsidium advocata. Incumbit immensus Dei Spiritus, summis superior, imis inferior, omnibus lateribus latior. *Quo ibo? Consistendum est.* Conterit ista flamma majestatis. Sunt deniq; hæc verba 3. *à se ipso fugientis & in solo Deo quieti.* *Q. d.* Valet vos mundi delicia, insidia, præstigia, affania, larvæ & quicquid præsidiorum ostentatis vanitates alia! Nequaquam vos me tuemini. Peribo vobiscum, si vobis me credidero, ô infida patrocina, verè latrocina! Vale & tu, ô anima mea misera, ô corpus contaminatæ hospitis fragile domicilium. Abnego vos! Abrenuncio vestris dictaminibus!

26  
Eo à vobis ! Fugio à vobis ! *Quo n. fugiam, quo ibo*, ut inter vos salvus  
sim? Ibo ad thronum Dei, ad Spiritum s. fluvium illum igneum, bene-  
ficum, salvificum, beatificum, è throno Dei emanantem. Læsi S.  
Spiritus lapsibus meis. Ibo ad læsum lætus. Si cadendum est, malo  
in illius manus, quam alias, incidere. Novi omniscentiam, novi  
omnipotentiam, novi in omniscentia & omnipotentia admirabilem  
S. Spiritus bonitatem & cogitationes super Filios hominum preciosis-  
simas, salutifluas, peccatiperdas, animorum restauratrices. Quo  
irem quæso, nisi ad thronum gratiæ? ad Spiritum gratiæ? Ibo, ibo  
concitatissima & perseverantissima mente! Dabit sanctus Spiritus,  
quod mundus, quod caro & sanguis, quod omnes omnium ani-  
mæ virium recessus dare non possunt. Ita Psalter Regius ad S.  
Spiritus recordationem suam composuerat mentem, Cives optimi!  
Nostri heic officii est, Davidem amulari, cogitatibus illius nostros  
implere animos, & subinde ingeminare, *Quo ibimus, Domine, à Spi-  
ritu tuo!* Cogitemus hisce diebus, quibus solemnis S: Spiritus medita-  
tio in sanctorum cœtibus instituitur, ubi sumus, & *admirabimur atq;  
obstupescemus*, quod ubiq; intimum proximumq; habeamus Omnis-  
um atq; omnipotentem Dei Spiritum, in universas creaturarum di-  
versissimarum species largum, in primis generis nostri Curatorem,  
qui id tot illustribus documentis ab orbe condito toties contestatus  
est. Conniventibus oculis mentis intueamur in fluvium illum igne-  
um, ipso Oceano majorem, qui è throno Dei emanat jugiter, nun-  
quam à throno Dei divisus tamen, nunquam exhaustus. *Quam*  
*admirabiliter quæso in Legatos Dei ad Orbis conciliationem illabi-*  
*tur? quam illos implet & conspicuos facit?* Ad nos derivatæ sunt  
illius gratiæ divitiæ, quæ tantis in Pentecostes solennitate obsignatæ  
fuerunt splendoribus. Nolumus abire, nolumus fugere! Subsista-  
mus, duremus, perseveremus in tantæ majestatis & benignitatis me-  
ditationibus, unde circumfulget mellitissimum lumen, quod vix  
permittit in meditando desidiâ. Ista sublimium mysteriorum &  
magnalium Dei admiratione expergefacti, *in vos paulisper descendite,*  
& mox exclamabitis, *Quo ibo Domine à Spiritu tuo?* Deducet nimi-  
rum vos ad noticiam vestri sanctus Dei Spiritus, & eum observabi-  
tis accusatorem, testem, judicem & vindicem eorum, quæ in vobis  
reperit intimus vobis semper & præsentissimus ipse. *Ite, Cives Aca-*  
*demici*

demici, *inprimis Tu ô lectissima studioforum corona*, Ite in penetrabilia conscientiarum vestrarum, & expendite, quomodo vobis cum Opt. Max. Vicino vestro, sancto Dei Spiritu, convenerit, quam fida & sincera apud eum fuerit vestra cohabitatio; *examine*, quotquot vobiscum habuistis proximos, quos indignissimis etiam modis non raro pro lubricitate vestra exagitastis, an ullum unquam tam fœdè, enormiter, barbare, sequenter exagitaveritis, quam sanctum Dei Spiritum? Per annum in plerosq; effunditur vestra lascivitia. In hunc perpetuo lascivitis. Tegitis apud alios fœditates vestras. Apud hunc, prohi dolor, renudatis omnem vestram turpitudinem. Neq; enim in vestra potestate est, quicquam abscondere. Si tangimini harum meditationum pondere, ut conterantur pectora vestra, proculdubio quisq; exclamabit, *Quo fugiam Domine à Spiritu tuo? quo ibo?* Sed bene nunc se res habet. *Ite à mundo, ita à vobis, in Spiritu s. acquiescite.* Intelligitis, *ô mei*, quem mundum velim, sc. in quo tam lamentabilis optimorum tamdiu fuit ingeniorum strages edita. Quem si quæritis, *quo ibo à spiritu Dei*, habebitis occinentem. *Abite à legum orbita, à ministerii sacri reverentia, à superiorum quorumvis observantia.* Ite verò in *cauponas, popinas, ganea, sphaeristeria, palastras, Campos Martios, duella, plateas urbis clamoribus & ululatus nocturnis complendas.* Abnegate vos, abrenunciare vobis. Ita Spiritus Sancti peculiaris decet. Si exitis à vobis, exuite etiam, quæ vos dedecent; induite, quæ vos ornant. *Nostis commendatissima arma S. Spiritus. Nostis damnatissima arma tenebrarum & mundi.* Ista induite, hæc exuite. Sed & in gratiam quæso redite cum *palliis vestris*, quibus humeros Vestros tamdiu spoliastis. *Nostis pallium exulans* jam olim in possessionem restitutum. Exuite autem quæso *gladios*, qui togatæ, non armatæ, militiæ sacramentum dedistis. Quem timeris, *ô mei?* In civitate pacata vivimus. Somnia sunt, adversus quæ vos armatis. Tristitia jam toties homicidiorum experimenta dederunt tam prompti ad latus gladii. *Parcite salutem vestræ.* Credimus, vos gladios possidere; non opus est, ut eos nobis ostendatis. *Ite ad Spiritum Dei Sanctum, ad officinas ejus, templa & auditoria, inde armabimini omni armatura forium.* His pugnate, & neminem cruentabitis; salvabitur autem conscientias vestras, rempublicam decorabitis, Ecclesi-

am

am exhilarabitis, familiam ornabitis, Spiritum sanctum habebitis  
defensorem, ducem, largitorem. Ibitis deniq; ad ipsum gloriosis  
AURORÆ desideratissimæ novissimi diei alijs in sempiternæ maje-  
statis regnum. Ut id vobis & nobis eveniat, Sanctum Dei Spi-  
ritum supplex veneror. Perscript. XXV. Maij A.  
S. Spiritus super B. Virginem venientis  
clō 136 LVI.









jestas, eadem vis, eadem perspicacia. Vide  
 cum Patre operari omnia, sed & S. Spiritum.  
 sapientissimeq; per omnia diffundit. Admirabi-  
 lissima propinquitas, purissima & immaculata  
 hic, & ibi, & istic, & ubiq; me occupat, &  
 implet Spiritus Dei. Obstupesco, pedem ul-  
 timum procidam, & adorabo tremendum S. Spiri-  
 tum & Filium unum. Video, illud præter eum conc-  
 creaturis incubat, & potentia mensuram dispe-  
 gratia documenta edere, qualia nec in ipsa  
 qua omnia pulcherrime splendent, occurrunt.  
 sinu Patris apparatus. Adornat iter summi-  
 miranda, omnia obstupescenda! Sunt hæc  
*scendentis & consternatione prostrati.* Q. d.  
 sum per damnatas insanientis mundi semitas,  
 datorum orbitam, circumcurritavi, & scdissin-  
 tendi, quid supra, quid juxta, quid circa, qui-  
 nibus & seculi vanitatibus indulsi, cæcus fui,  
 minitantem, juxta me retrahentem, circa me  
 me suggerentem meliora S. Dei Spiritum. Na-  
 socordia depulsa, mentis oculi ad aperi. Vid-  
 simum Dei Spiritum præsentissime impigisse,  
 do more arietasse, inquinamenta in ipsius qua-  
 sanctissimis exposuisse scelerum improbam tex-  
 supra, juxta, circa, intra me est S. Spiritus I-  
 mecum experiri, si me ultricibus petere flagellis  
 re, non summa, non ima, non dextra, non  
 dium advocata. Incumbit immensus Dei spir-  
 imis inferior, omnibus lateribus latior. Q-  
 est. Conterit ista flamma majestatis. Sunt  
*ipso fugientis & in solo Deo quieti.* Q. d. Vale  
 infidias, præstigiæ, affanias, larvæ & quice-  
 tatis vanitates aliæ! Nequaquam vos me tu-  
 cum, si vobis me credidero, ô infida patroc-  
 Vale & tu, ô anima mea misera, ô corpus con-  
 le domicilium. Abnego vos! Abrenuncio

B



the scale towards document

Filium  
 tissime  
 nitas, in-  
 o ibo? &  
 nfundit,  
 ; in ge-  
 m Patre  
 omnibus  
 ecularis  
 one, in  
 Messia e  
 nia ad-  
 psam de-  
 & illor-  
 m man-  
 non at-  
 Libidi-  
 supra me  
 , intra  
 ttorpor,  
 o sanctis-  
 furibun-  
 le, oculis  
 fugiam?  
 ler jure  
 corripe-  
 in substi-  
 superior,  
 istendum  
 erba 3. a se  
 delitias,  
 am osten-  
 bo vobis  
 rocina! !  
 itis fragi-  
 minibus!  
 Eo